

## Polyphēmus: Cyclōps quī Galatēam amat.



- 1) Polyphēmus nōn est homō, neque bēstia, sed monstrum\*! Ille est cyclōps. Cyclōps nōn duōs oculōs, sed tantum ūnum oculum habet! Cyclōpēs sunt magna monstra, maiōrēs\* quam hominēs.
- 2) “Cyclōps” est vocābulum Graecum, quod significat “circulus-oculus.” (*circle-eye*). “Polyphēmus” est nōmen Graecum, quod significat “multum fāmae” (*many stories/much reputation!*)
- 3) Ille Cyclōps Polyphēmus est pāstor in insulā Siciiliā. Multās ovēs et caprās\* habet. Polyphēmus prope mare in montibus habitat. In cavernā\* in montibus habitat, cum ovibus et caprīs\* suis. Cum sōl lūcet, pāstor ovēs et caprās ad campum dūcit, quia necesse est bēstiis herbam ēsse. Ovēs post pāstōrem ambulant et bālant. Ovēs et caprae pāstōrem suum amant, etiam sī\* monstrum est! Nam pāstor iīs cibum dat, et eās cūrat.\* Neque lūpus neque leō ovēs edere potest, dum pāstor ferox\* eās cūrat! Nam bēstiae ferae Cyclōpēs timent, et ab iīs fugiunt.\*
- 4) Cibus Polyphēmō est cāseus,\* nam ovēs et caprae lac\* dant, et ille ex lacte cāseum facit. Carnem\* quoque bēstiārum ferārum interdum\* Cyclōpēs edunt (et interdum carnēm hūmānum... sed illa est alia fābula!)
- 5) Olim\* Polyphēmus iuxtā\* mare ambulat, et mare aspicit. Illīc in aquā videt nympham\* pulchram! Nymphae dīvīnae in marī vocantur “Nēreidēs,” id est, filiae Nēreī, quī est deus maris – deus maris antīquior quam Neptūnus. Nōmen huius nymphae est Galatēa, quod Graecē significat “lactea (*milky*)” vel “alba ut lac.”
- 6) Statim cum Polyphēmus Galatēam vīdit, illa Polyphēmō vidētur pulchrīor\* quam omnēs cēterae. Et Polyphēmus statim\* eam amat. Valdē\* eam amat! Amor\* eius est ferox - sed dulcis\* quoque.
- 7) Nam Polyphēmus Galatēam vī\* nōn petit, neque vī petere vult, etiam sī Galatēa eum nōn amat. Vultne Galatēa cum eō in terrā vīvere? Vultne cum monstrō in cavernā habitāre? Immō, nymp̄ha ab oculis eius natat, et sub aquā fugit.\*

- 8) Iam Polyphēmus valdē tristis est. Sed mīrābile!\* Hic cyclōps (in hāc fābulā!) etiam est poēta\* et cantāre potest. Polyphēmus ovēs et caprās suās dūcit prope mare, in saxō\* iuxtā\* mare consīdit,\* deinde\* ad Galatēam carmen\* cantat, vōce satis pulchrā:
- 9) “O Galatēa alba, cūr fugis\* ā mē, quī tē valdē amō? Pulchrrior es\* quam omnēs cēterae nymphae. Dulcior es quam capra parva, mollior\* quam agnus\*, albior es quam cāseus, dulcior es quam mel (= *honey*). Tē valdē amō. Tē sōlam amō, et nullam alteram amō. Venī ad mē! Estō\* fēmina mea! Estō uxor\* mea! Domum enim bonam in cavernā habeō\*, cum multīs ovibus et caprīs, etiam multum cāseī habeo. Cibus est bonus apud me, et nūllae bēstiae ferae tē petere possunt, dum ego tē cūrō. Apud mē, vīta est dulcis, sī modo\* tē habeō.
- 10) Venī ad mē, O pulchra Galatēa mea! Cūr ā mē fugis\*? Putās\*-ne mē tam foedum esse? Nōnne putās\* mē esse bonum pāstōrem? Nōnne putās mē bene tē cūrāre posse? Leō tē petere nōn potest, neque lupum tē mordēre potest, dum ego tē cūrō. Sed tu mē fugis, ut agnus lupum fugit in campō, ut capra leōnem fugit in monte, ut ānatēs\* crocodillum\* fugiunt in flūmine, ut piscēs ānatem fugiunt in aquā.
- 11) Tē autem vī\* nōn petō\* -- sed carmine tē petō, carmen meum tibi cantō. Sī mē nōn amās, mē in cavernā occultābō!
- 12) Eheu! Utinam ego quoque in marī vīvere possem! Utinam cum Galatēā meā in aquā natāre possem! Eheu! Māter mea mē nōn paruit\* cum branchiīs (= *gills*). Sī modo branchia habērem, sub aquā ad tē advenire possem, et ōsculum tibi dare possem! Sī modo caudam habērem, tēcum in marī natāre possem! Vīta pulchra et dulcis esset! Quī branchia nōn habet, in aquā vīvere nōn potest. Nōn sum\* piscis! Nōn sum deus! Tu autem es nymp̄ha dīvīna, Nēreis es, fīlia Nēreī. Pater tuus est deus maris, antīquior quam Neptūnus. Putō\* omnēs deōs et nymphās in marī branchia habēre!
- 13) Sed quid ego habeō? Carmen meum habeō, mūsicam\* habeō. Carmina facere et cantāre possum. Utinam tu carmina mea audīres! Utinam mē nōn foedum putārēs! Etiam sī mē nōn audīs, carmina sunt medicamenta\*, quae mē cūrāre et sārāre\* possunt. Necesse est medicamentum habēre contrā amōrem, quod Galatēa mē fugit.
- 14) Cum carmen cantō, nōn tam tristis sum. Avēs, quae cantant, laetae videntur. Carmina mē laetiōrem facere possunt. Ad ōvēs et caprās meās cantāre possum. Ovēs et caprae carminibus meīs dēlectantur, et anima\* mea quoque carminibus dēlectārī potest.  
Valē, Galatēa mea, dulcior quam capra parva, mollior quam agnus, albior quam cāseus, dulcior quam mel (= *honey*)!”

>>> \*VOCABULA in pāginā tertiā >>

**agnus** = *lamb*  
 amor, amoris m. = *love (noun)*  
 amō = *I love*  
 amās = *you love*  
**anās, ánatis f.** = *duck*  
**ánatēs** (plūrālis) = *ducks*  
 anima = *soul (in this context)*  
 antiquior = *older*  
 audīrēs = *you might hear/ would hear*  
**branchium** = *gill / branchia (pl.) gills*  
**capra** = *goat, she-goat*  
**carmen compōsuit** = *composed a song*  
**carmen, carminis n.** = *poem, song*  
**carō, carnis f.** = *meat, flesh*  
**cāseus** = *cheese*  
**caverna** = *cave*  
 consīdit = *sits down*  
**crocodillus** = *crocodile*  
 cūrāre = *to care for*  
 cūrat = *cares for*  
**Cyclōps, Cyclōpis m.**  
 - “KY-klops, ky-KLŌ-pis”  
 = *Cyclops, one-eyed creature*  
 deinde = *then, next*  
 domus, ī f. = *home*  
**dulcior** = *sweeter*  
**dulcis** = *sweet*  
 ego = *I (nominative of “mē)*  
 eheu! = *alas! (how sad!)*  
 es = *you are*  
 esse = *to be (infinitive)*  
**estō!** = *Be! (imperative)*  
**esset** = *would be*  
**etiam sī** = *even it*  
**ferox** = *ferocious*  
**fugis** = *you flee > fugio fugere*  
**fugit** = *(he/she/it) flees < fugio, fugere*  
**fugiunt** = *they flee < fugio, fugere*  
 habeō = *I have*  
 interdum = *sometimes*  
 iuxtā = *next to*  
**lac, lactis** = *milk*

**laetior** = *happier*  
**māiōrēs** -- “mā-YO-rēs” = *larger*  
**medicamentum** = *medicine*  
**mel, mellis n.** = *honey*  
 mīrābilis, -e = *marvelous*  
**mollior** = *softer > mollis = soft*  
**Mōns Aetna** = *Mount Etna*  
 monstrum = *monster, not human or animal*  
**mūsica** = *music, the arts (from the Muses)*  
 nātus est = *was born*  
**Nēreis, Nēreidis f.** = *Nereid, sea-nymph, daughter of Nereus*  
**Nēreus** = *Nereus, god of the sea, before or along side Poseidon/Neptune.*  
**nympha** = *nymph, female deity*  
**occultābō** = *I will hide > occultāre*  
**olim** = *once (upon a time)*  
 paruit = *gave birth, bore > parere*  
 petō = *I go after*  
 poēta = *poet, composer*  
 posse = *to be able*  
 possem = *I could*  
 possum = *I can*  
 pulchrrior = *more beautiful*  
**putārēs** = *you might think / you would think*  
**putās** = *you think*  
**putat** = *he/she/it thinks (that...)*  
**putō** = *I think (that)*  
**sānāre** = *to cure, heal*  
**saxum** = *rock*  
 sī modo = *if only*  
**statim** = *immediately*  
 sum = *I am*  
 tibi = *to you (dativus)*  
 tristis = *sad*  
 tu = *you (nominativus)*  
**utinam** = *if only... I wish that...*  
 uxor, uxōrem = *wife*  
 valdē = *very much*  
**vī** = *by force, with violence*  
**vīta** = *life*